

# **Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Henr. Ioh. Nepom. Crantz S.C.A. Maiestat. Consiliar.  
Institut. Med. Et Mater. Medic. Vindob. Profes. Pub. Ord.  
Acad. Imp. Nat. Curios. Et Societ. Botan. Flor. Sodal.  
Materiæ Medicæ Et Chirurgicæ ...**

**Crantz, Heinrich Johann Nepomuk**

**[Wien], 1765**

[Einleitung.]

**urn:nbn:de:gbv:45:1-10196**

## CLASSIS SEXTA

## EXSICCANTIA.

Quæ nimiam partis humiditatem absorbent, partemque ficciorem reddunt, EXSICCANTIA, Indicantur

I. Dum plurimo, & nimis tenui humore vulnus, ulcus madet. L. B. VAN SWIETEN.

II. Dum alia corporis humani sana pars incommodo constanter fudore perfunditur: sed his rebus multo opus iudicio, ut, an ficcare conveniens, intelligatur.

III. In pertinaci vasis rupti, discissi, sanguinis, feri, lymphæ fluxu, aut stillicidio.

Contraindicantur vero

I. In punctura, CHARMETTON in Quæstione ab inclyta Academia Regia proposita pro præmio 1748. *Determiner ce que c'est que les Remedes dessicatifs, & les caustiques.*

II. In ulcere veteri, annofo.

III. In ulcere quocunque inflammato, ficco, dolente, NANNONI, in eadem quæstione pro præmio 1748.

Cum vero perpetua illa, & molesta humoris transudatio vel ex tenuitate humoris per partem fluentis,

M 2

vel



vel ex debilitate partis humores haud coercentis oriatur, exsiccantium duo generalia constituentur genera, hæc humores, illa solida corrigenia, inspissantia nempe, & adstringentia, quorum priora interno dicata usui magis, in *Materia Med.* T. II. dicta, hic haud repetam, cum de unica horum divisione solum dicturus sim, de coagulantibus nempe, tum de adstringentibus. Verum quia in recenti, nimio humore perfuso, ulcere, sæpe nec evidens fluidorum tenuitas, nec certa solidorum relaxatio criminari potest, proin operosa hac curatione opus non sit, medicamenta exsiccantia ratione effectuum in sequentes classes distribuo.

---

## I. EXSICC. BIBULA.

Hæc indicantur I. dum nec in fluidis, nec in solidis multa labe, sed ex solo fotu extravasati, maceratione leniori, ancipites ulceris recentis extremitates elaterem suum amittere quodammodo, ut impulsus viribus cordis humorem non coercere amplius, nec in vasa lateralia sufficienter impellere possint.

II. Ubi completo bonis avibus ulcere, cicatrix inducenda, CHARMETTON.

III. Ubi in ossium carie incommodus ex ossium cellulis humoris proventus Alex. MONRO, *Society in Edimburg* T. V. P. I.

Inter hæc sunt

Plumaceola simplicia,	} fumis aromaticis imbuta
Rasa,	
Spongia præparata.	

Hæc